



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

28. Junij. 4. Cal. Julij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295



28. Junij. 4. Cal. Julij.

B. MALCHE: qui cū duplici infir- *Floruit*
 mitate laborares, mentis scilicet & anno
 corporis, illam maligni illusionibus, *1139.*
 hoc æstu periculosa febris, occupanti-
 bus: superveniens S. Malachias, te ab
 utraque molestia liberavit. Eundem
 medicum tuum deinde ad Claramyal-
 lem secutus, quā solidè convalueris
 admiranda vitæ sanctimonia & mira-
 cula demonstrârunt. *Tu scis, quoties ge-*
mens exclamem: Non est sanitas in carne *Sanitas*
mea, non est pax ossibus meis à facie pecca- *animæ.*
torum meorum. Tu ergo pro restituenda
mibi plena sanitate medicum illum exora,
qui de cælo descendit, ut sanaret omnes.

B. GUDA, monasterij de Hovenes *Circa*
 Soror Conversa: quæ tempore à coqui- *annum*
 næ laboribus vacuo, pium Mariæ oti- *1180.*
 um orando, de cætero Marthæ seduli-
 tatem humiliter famulando exercuisti,
 utrobique dilecti JESU præsentiam
 experta. Nam in opere manuali sæpe
 visus est sub forma duodecennis pueri
 tecum familiariter colloqui, & in adju-
 mentum laboris manus commodare.
Optima est conjunctio Mariæ & Marthæ
Hujus personam agit in homine Voluntas,

X 3

illius

486 ANNI CISTERCIENS.

*illius Ratio. Utramque tu iura: & Ratio-
ni quidem, ad pedes Jesu per contemplati-
onem sedenti, lumen impetra, Voluntati vi-
res, ut bene cognita fortiter impleat.*

Lumen S. BERNARDUS, ser. 85. in Cant.

Ratio-
nis, & Vo-
luntatis. *Non parum profecit anima tua, cuius
immutata voluntas, cuius illuminata
ratio est: ut bonum & velit & noverit.*

*In altero vitam, in altero visum rece-
pit: nam & malum volendo mortua
erat, & bonum ignorando caca.*



29. Junij. 3. Cal. Julij.

Obijt
anno
1132.

PETRE, Archiepiscopo Taranta-
siæ: qui à S. Stephano ex Cistercio
ad condendam Firmitatem cum alijs
emissus, Prioris officio tanta perfecti-
one functus es, ut communi suffragio
Abbati primo successeris. Doctrinæ
autem & sanctimonix tuæ famâ in re-
giones longè distitas diffusâ, brevè à
Clero Tarantasiensi ad Archiepisco-
palem sedem vocatus; adeoque primus
eras, qui humili Cisterciensium cucul-
læ imposuit publici honoris Insignia.
Reportatum ex paucorum annorum
regimlne